CAPUT XVIII.

DE MOTU CORPORUM BASI SPHAERICA PRAEDITORUM SUPER PLANO HORIZONTALI.

PROBLEMA. 104.

884. Si corpus basi sphaerica praeditum plano horizontali quomodocunque incumbat, definire vires, quibus sollicitatur, earumque effectum in motu corporis progressivo turbando.

SOLUTIO.

Sit EH planum horizontale et T punctum, ubi corpus ei insistit, in corpore autem notetur primo centrum baseos sphaericae MTN, quod sit in G, deinde centrum inertiae corporis I, ac tabula repraesentet planum, in quo haec tria puncta sunt sita. Ducatur radius GT, qui cum sit ad horizontem EH normalis, situm habebit verticalem, ideoque ipsum planum TGI erit verticale. Iam quia pro motu progressivo totam corpus massam, quae sit $= M$, tanquam in centro inertiae I collectam concipere licet, ducta IP ipsi GT parallela corpus primo ob gravitatem urgetur in directione IP vi $= M$; deinde vero ubi planum horizontale in T tangit, ab eo certa quadam vi urgebitur sursum in directione TG, et pressioni aequali, quae vis sit $= \Pi$. Quare nisi hae duae vires se destruant, corpus in quiete persistere nequit; ex quo perspicuum est, statum quietis exigere, ut producta recta GI in F corpus puncto F plano horizontali insistat, sicque recta DIGF fiat verticalis. Figura ergo repraesentat statum corporis inclinatum, et inclinatio indicatur angulo FGT, qui sit $= \varphi$, quo evanescente corpus in statu aequilibrii versatur. Ponamus porro radium basis sphaericae GF $= GT = e$, et intervallum punctorum G et I nempe $GI = f$, quatenus centrum inertiae I longius distat a puncto F quam centrum figurae G: ita ut si propius caderet, quantitas f negative esset accipienda. Hinc ergo erit $IP = e + f \cos \varphi$, quae est altitudo centri inertiae I supra planum horizontale EH, et quae a viribus sollicitantibus sola afficitur. Translata autem vi $TG = \Pi$ in centrum inertiae I, punctum I deorsum sollicitatur vi $= M - \Pi$; et quia ejus celeritas deorsum directa est

Fig. 113.

$= \frac{f d\varrho \sin\varrho}{dt}$, posita ea $= u$ erit $du = \frac{2g(M-\Pi)dt}{M}$, denotante dt elementum temporis, ex quo habetur $f(dd\varrho \sin\varrho + d\varrho^2 \cos\varrho) = 2g\left(1 - \frac{\Pi}{M}\right) dt^2$ sumto dt constante: neque aliter motus progressivus afficietur.

COROLL. 1.

885. Vicissim ergo si ratio motus progressivi detur, vel saltem ut data consideretur; inde pressio Π definietur, cum sit $\frac{\Pi}{M} = 1 - \frac{f(dd\varrho \sin\varrho + d\varrho^2 \cos\varrho)}{2g dt^2}$ seu $\frac{\Pi}{M} = 1 + \frac{f dd.\cos\varrho}{2g dt^2}$.

COROLL. 2.

886. Si fuerit $f = 0$, seu centrum inertiae I in ipsum centrum sphaerae G incidat, prodit $\Pi = M$, et corpus in omni situ aequilibrii proprietate gaudet.

COROLL. 3.

887. Si fuerit $f > 0$ seu FI $>$ FG, statim ac corpus tantillum inclinatur, a vi sollicitante inclinatio augebitur, sin autem sit $f < 0$ seu FI $<$ FG, inclinatio minuetur, corpusque in situm aequilibrii, quo punctum F plano insistit, restituetur: dum priori casu procumbit, alium quaerens aequilibrii situm.

SCHOLION. 1.

888. Quamcunque autem corpus habuerit figuram, in eo semper ad minimum duo dantur aequilibrii situs, quorum alter ita est comparatus, ut si corpus ex eo parumper declinetur, sponte sua se restituat, alter vero, ut penitus prolabatur: quorum prior *status aequilibrii stabilis*, posterior vero *labilis* vocari solet. Quodcunque enim corpus plano horizontali incumbit, in aequilibrio versatur, si recta a centro inertiae ad punctum contactus ducta fuerit verticalis: id quod semper duplici saltem modo evenire potest. Namque si ex centro inertiae ad omnia superficiei puncta rectae concipiantur ductae, quoniam nulla earum vel evanescit, vel fit infinita, inter eas necesse est dari

et

et maximam et minimam : utraque autem ad planum tangens erit normalis : quare si corpus alterutro eorum punctorum , a quibus centrum inertiae vel maxime vel minime distat , plano horizontali incumbat, recta ex centro inertiae ad punctum contactus ducta erit verticalis, idcoque situm aequilibrii dabit, eumque stabilem , si recta ista fuerit minima , contra vero labilem , si maxima : unde intelligitur, centrum inertiae semper infimum locum quaerere , ubi acquiescat. Saepenumero autem plures dantur aequilibrii situs , alii stabiles alii labiles , qui se alternatim excipere debent , quoniam corpus ex situ labili digressum in stabilem perveniat necesse est.

SCHOLION. 2.

889. In praesente casu , quo corporis superficiem sphaericam statuimus, recta per centrum inertiae I et centrum figurae G ducta dabit duo illa puncta F et D , quibus si corpus plano horizontali incumbat, situm aequilibrii teneat : ac dum puncto F planum horizontale tangit, situs aequilibrii erit stabilis, si FI $<$ FG seu $f < 0$, labilis autem *si* FI $>$ FG seu $f > 0$: neque praeter hos duos situs aequilibrii alius hic dabitur , *nisi fuerit* $f = 0$, quo casu subito omnes plane situs aequilibrii indolem recipiunt. Etsi autem hic totam corporis superficiem ut sphaericam considero , tamen ad institutum nostrum sufficit , si ea saltem portio , qua durante motu planum horizontale contingit , fuerit sphaerica : atque hinc ista tractatio etiam ad eos turbines patet , quorum axes inferius non in cuspidem , ut ante assumsimus , sed in hemisphaerium vel etiam minus sphaerae segmentum efformantur , ita ut forma supra considerata hinc prodeat , si radius sphaerae GF $= \epsilon$ evanescat, sicque haec tractatio superiorem in se complectatur. Recta igitur DIGF per centrum inertiae I et centrum basis sphaericae G ducta proprium turbinis axem exhibet , quae quidem, uti turbines construi solent, simul unus est axium principalium corporis , bini vero reliqui momenta inertiae habent paria , qualem formam jam supra statuimus. Verum quo haec tractatio latius pateat, simulque ad titubationes corporum quorumcunque basi sphaerica praeditorum accommodari queat, axes corporis principales utcunque ab axe proprio DF diversos considerabo, eorumque respectu momenta virium explorabo.

PROBLEMA. 105.

890. Data pressione Π , quo corpus basi sphaerica praeditum plano horizontali incumbit , definire momenta inde orta respectu axium princi-

principalium corporis, quomodocunque hi ratione axis proprii corporis fuerint dispositi.

SOLUTIO

Fig. 114. Circa corporis centrum inertiae I descripta sphaera, sit Z ejus punctum verticale, axisque proprius teneat jam situm DIG, ut ejus declinatio a situ verticali sit $DZ = \varrho$. Cum ergo directio pressionis Π sit verticalis et per punctum G transeat existente $IG = f$, referat recta verticalis GΠ hanc pressionem $= \Pi$, ita ut ZDGΠ sit planum verticale, in quo resolvatur vis G$\Pi = \Pi$ secundum directiones GI et GV, quarum haec ad illam sit normalis, et ob angulum DG$\Pi = \varrho$ prodit vis secundum $GI = \Pi \cos \varrho$ et vis secundum $GV = \Pi \sin \varrho$: quarum illa per centrum inertiae I transiens nulla suggerit momenta. Sint nunc IA, IB, IC, corporis tres axes principales, datum situm ratione axis proprii ID tenentes, ac per puncta A, B, C ex D ducantur semicirculi DAG, DBG, DCG. Quodsi axis IA esset normalis ad planum IGV, ejus respectu foret momentum vis $GV = \Pi f \sin \varrho$, quod autem nunc in ratione sinus totius tam ad sinum arcus GA quam ad sinum anguli VGA minui debet, ita ut ex vi pressionis resultet

mom. respectu axis $IA = \Pi f \sin \varrho . \sin GA . \sin VGA$ in sensum CB
mom. respectu axis $IB = \Pi f \sin \varrho . \sin GB . \sin VGB$ in sensum AC
mom. respectu axis $IC = \Pi f \sin \varrho . \sin GC . \sin VGC$ in sensum BA.

Haec autem terna momenta supra litteris P, Q, R indicavimus, quatenus quidem in sensum contrarium agere statuuntur, quare omnibus ad punctum D translatis habebimus:

$$P = -\Pi f \sin DZ . \sin DA . \sin ZDA = -\Pi f \sin ZD . \sin ZA . \sin DZA$$
$$Q = -\Pi f \sin DZ . \sin DB . \sin ZDB = -\Pi f \sin ZD . \sin ZB . \sin DZB$$
$$R = -\Pi f \sin DZ . \sin DC . \sin ZDC = -\Pi f \sin ZD . \sin ZC . \sin DZC.$$

COROLL. 1.

891. Assumsimus hic, centrum basis G propius esse termino imo F quam centrum inertiae I: sin autem secus eveniat, ut intervallum FI minus sit intervallo $FG = e$, intervallum $GI = f$ negative capi debet. At si fuerit $GI = 0$, momenta inventa evanescunt, seu corpus in omni situ aequilibrium tenebit.

COROLL. 2.

892. Si pro situ axis proprii ID respectu axium corporis principalium ponatur arcus $AD = \zeta$, $BD = \eta$, $CD = \vartheta$, tum vero angulus ZDA

$ZDA = \varphi$, existente arcu $ZD = \varrho$, ob $cof\, ADB = -\frac{cof\,\zeta\, cof\,\eta}{fi\,\zeta\, fi\,\eta}$ et fi $ADB = \frac{-cof\,\theta}{fi\,\zeta\, fi\,\eta}$, quia fi ADB : fi DAB seu fi ADB : $-cof$ DAC $= 1 : fin$ BD $= 1 : fin\,\eta$, erit fi $ZDB = \frac{-cof\,\zeta\, cof\,\eta\, fi\,\varphi + cof\,\theta\, cof\,\varphi}{fi\,\zeta\, fi\,\eta}$, at cof DAC $= \frac{cof\,CD}{fi\,AD} = \frac{cof\,\theta}{fi\,\zeta}$, ideoque $P = -\Pi f\, fi\,\varrho\, fi\,\zeta\, fi\,\varphi$, atque $Q = \frac{\Pi f fi\varrho(cof\,\zeta\, cof\,\eta\, fi\,\varphi - cof\,\theta\, cof\,\varphi)}{fi\,\zeta}$ et $R = \frac{\Pi f fi\varrho(cof\,\zeta\, cof\,\theta\, fi\,\varphi - cof\,\eta\, cof\,\varphi)}{fi\,\zeta}$.

COROLL. 3.

893. Si axis proprius ID congrueret cum axe principali IA, foret $\zeta = 0$ atque $\eta = \theta = 90°$, ut esset $cof\,\eta = cof\,\theta = fi\,\zeta$ et angulus φ maneret indefinitus. At ex prioribus formulis fiunt momenta virium:

$P = 0$, $Q = -\Pi f\, fi\,\varrho\, fi\, ZAB$; et $R = -\Pi f\, fi\,\varrho\, fi\, ZAC$

seu $P = 0$, $Q = \Pi f\, cof\, ZC$ et $R = -\Pi f\, cof\, ZB$.

COROLL. 4.

894. Quodsi vero ut supra ponamus $ZA = l$, $ZB = m$ et $ZC = n$, reperiemus momenta virium in genere

$P = \Pi f(cof\,\theta\, cof\, m - cof\,\eta\, cof\, n)$; $Q = \Pi f\,(cof\,\zeta\, cof\, n - cof\,\theta\, cof\, l)$

atque $R = \Pi f\,(cof\,\eta\, cof\, l - cof\,\zeta\, cof\, m)$,

unde illa si $\zeta = 0$, et $\eta = \theta = 90°$ sponte sequuntur.

EXPLICATIO.

895. Ratio investigationis harum posteriorum formularum ita se habet: Primo cum sit fi DZ fi ZDA $= fi$ ZA fi ZAD erit $P = -\Pi f\, fi$ DA fi ZA fi ZAD; at est ZAD $=$ BAD $-$ BAZ, et

$$fin\, BAD = -cof\, CAD = \frac{-cof\,\theta}{fi\,DA}; \quad cof\, BAD = \frac{cof\,\eta}{fi\,DA}$$

$$fin\, BAZ = -cof\, CAZ = \frac{-cof\, n}{fi\, ZA}; \quad cof\, BAZ = \frac{cof\, m}{fi\, ZA}$$

unde fin $ZAD = \frac{-cof\, m\, cof\,\theta + cof\, n\, cof\,\eta}{fi\, ZA\, fi\, DA}$ et $P = +\Pi f(cof\,\theta\, cof\, m - cof\,\eta\, cof\, n)$.

Reliqua

Reliqua duo momenta Q et R praebet analogia ſine ulteriori calculo. Deinde vero eſt $cof\ DL = cof\ \varrho = cof\ \zeta\ cof\ l + cof\ \eta\ cof\ m + cof\ \theta\ cof\ n$, quae expreſſio uti unitatem nunquam ſuperare poteſt, ita unitati aequalis eſſe nequit, ſeu $DZ = 0$, niſi ſit $l = \zeta$, $m = \eta$ et $n = \theta$, ſcilicet has ternas determinationes ſimul ſuppeditat haec aequatio, $cof\ \zeta\ cof\ l + cof\ \eta\ cof\ m + cof\ \theta\ cof\ n = 1$. Cum enim praeterea ſit

$$cof\ \zeta^2 + cof\ \eta^2 + cof\ \theta^2 = 1 \text{ et } cof\ l^2 + cof\ m^2 + cof\ n^2 = 1,$$

ſi a ſumma harum illius duplum ſubtrahatur, prodit

$$(cof\ \zeta - cof\ l)^2 + (cof\ \eta - cof\ m)^2 + (cof\ \theta - cof\ n)^2 = 0,$$

trium autem quadratorum ſumma nihilo aequari nequit, niſi ſingula ſint nulla.

SCHOLION.

896. Cum neque in his expreſſionibus pro momentis virium, P, Q, R inventis, neque in preſſione $\Pi = M\left(1 + \frac{f\,dd.cof\,\varrho}{2g\,dt^2}\right)$ radius ſphaerae e baſin conſtituentis inſit, omnia quae ſupra de motu turbinis infra in cuſpidem deſinentis ſunt tradita, etiam valent de ejusmodi turbinibus, qui deſinunt in hemiſphaerium ſeu aliam ſphaerae partem, dummodo punctum F, quod ante cuſpidem denotabat, hic in centro figurae ſphaericae G conſtituatur. Perinde ergo eſt, ſive turben gyretur ſuper cuſpide, ſive ſuper hemiſphaerio, dummodo f ſit diſtantia centri inertiae I a centro baſis ſphaericae; quantuscunque enim fuerit radius hujus baſis e, is in computum non ingreditur, eo autem evaneſcente baſis turbinis abit in cuſpidem. Totum igitur caput praecedens hic inferi intelligatur, ita ut Theoria turbinum ſine ullo labore haud mediocriter amplificata ſit cenſenda. Baſin autem ſphaericam faciendo caſus occurrit ante excluſus, ſcilicet quo centrum inertiae I fundo propius eſt, quam centrum ſphaericitatis, hicque ſit quantitas f negativa. Sive jam tale corpus ſit globus completus, ſive baſin habeat

Fig. 115.

MEN portionem ſphaerae, centro G deſcriptae, qua plano horizontali incumbat, ejus motum, quatenus contactus in hanc baſin cadit, inveſtigemus. Hic autem cogimur corpori talem indolem tribuere, ut axis proprius AGIF, qui ſi fuerit verticalis, ſtatum quietis exhibet, ſimul ſit corporis axis principalis, reliqui vero bini axes principales habeant momenta inter ſe aequalia. Scilicet ſi reſpectu axis IA momentum inertiae ſit $= Maa$ reſpectu binorum reliquorum vero Mbb, et Mcc, ſtatuemus $bb = cc$. Hujusmodi ergo corpus quemcunque receperit motum impreſſum, quomodo motum ſit continuaturum, determinemus.

PRO-

PROBLEMA. 106.

897. Si corpus basi sphaerica MFN instructum, in quo axis aequilibrii AGIF sit axis principalis, ejusque respectu momentum inertiae = M*aa*, respectu binorum reliquorum autem aequalia = M*cc*, motum acceperit quemcunque, determinare motus continuationem. Fig. 115.

SOLUTIO.

Sit radius basis sphaericae FG = *e*, centrum autem inertiae I cadat infra centrum basis G ad intervallum GI = *f*. Pro motu progressivo, si centrum inertiae I habuerit motum secundum directionem horizontalem, eum constantem in directum conservabit, quatenus autem motu verticali cietur, is cognita pressione, quae sit = Π, inde definietur, quod si declinatio axis AF a situ verticali ponatur = ϱ, sit $\frac{\Pi}{M} = 1 - \frac{f\,dd.\,cos\varrho}{2g\,dt^2}$, existente M corporis massa seu pondere. Verum ipsa haec pressio Π, quam corpus in planum horizontale exerit, non nisi ex motu gyratorio cognosci potest. Teneat ergo corpus nostrum respectu sphaerae fixae, in qua Z est punctum verticale, nunc elapso tempore *t* ejusmodi situm, ut ejus axes principales in A, B, C pertingant, ponanturque arcus ZA = *l*, ZB = *m*, ZC = *n*, tum vero anguli XZA = λ, XZB = μ, XZC = ν, ita ut sit *l* = ϱ. Nunc autem gyretur circa polum O in sensum ABC celeritate angulari = ϑ, ac positis arcubus OA = α, OB = ϐ, OC = γ sit brevitatis gratia ϑ *cos* α = *x*, ϑ *cos* ϐ = *y*, ϑ *cos* γ = *z*. Momenta autem virium ex pressione Π orta sunt P = 0, Q = − Π *f cos n*; R = + Π *f cos m*, unde colligimus sequentes aequationes: Fig. 111.

$$dx = 0;\quad dy + \frac{aa-cc}{cc}\,xz\,dt = \frac{-2\Pi f g\,dt\,cos\,n}{Mcc};\quad dz + \frac{cc-aa}{cc}\,xy\,dt = \frac{2\Pi f g\,dt\,cos\,m}{Mcc}$$

dl sin l = *dt* (*y cos n* − *z cos m*); *dλ sin l*² = − *dt* (*y cos m* + *z cos n*)
dm sin m = *dt* (*z cos l* − *x cos n*); reliqui anguli μ et ν hinc sponte
dn sin n = *dt* (*x cos m* − *y cos l*); dantur.

Si porro ponamus *cos l* = *p*, *cos m* = *q*, *cos n* = *r*, quoniam hae aequationes congruunt cum iis, quas supra probl. 99. integravimus, nisi quod *f* capiatur negative, habebimus in finitis has aequationes: *x* = ∫Λ et

I. $qy + rz = \mathrm{B} - \frac{Aaap}{cc}$

II. $(qz - ry)^2 = \frac{(Ccc+4fgp)(1-pp)-cc(B-\frac{Aaap}{cc})^2}{cc+ff(1-pp)}$

III. $yy + zz = \frac{(Ccc+4fgp+ff(B-\frac{Aaap}{cc})^2}{cc+ff(1-pp)}$

IV. $\frac{\Pi}{M} = \frac{2gcc-Afaa(B-\frac{Aaap}{cc})}{2g(cc+ff(1-pp)} + \frac{fccp(Ccc+4fgp+ff(B-\frac{Aaap}{cc})^2)}{2g(cc+ff(1-pp))^2}$

V. $dt = \frac{dp\,r(cc+ff(1-pp))}{r\left((Ccc+4fgp)(1-pp)-cc(B-\frac{Aaap}{cc})^2\right)}$

VI. $d\lambda = \frac{-dt}{1-pp}\left(B - \frac{Aaap}{cc}\right)$

VII. $ss = \mathrm{AA} + \frac{Ccc+4fgp+ff(B-\frac{Aaap}{cc})^2}{cc+ff(1-pp)}$

VIII. $\frac{ydz-zdy}{yy+zz} = \frac{A(aa-cc)dt}{cc} + \frac{2\Pi fg\,dt(B-\frac{Aaap}{cc})(cc+ff-ffpp)}{Mcc\left(Ccc+4fgp+ff(B-\frac{Aaap}{cc})^2\right)}$

nbi conſtantes A, B, C et reliquae per integrationem ingreſſurae ex ſtatu corporis initiali debent definiri.

COROLL. 1.

898. Si corpus initio quieverit, axisque principalis A fuerit in *a* declinatione ejus exiſtente $Za = l$ et $cos\, l = p$, initio erat $x = 0$, $y = 0$ et $z = 0$, ob $s = 0$; atque $p = p$. Fit ergo $A = 0$; $B = 0$, et $Ccc = -4fgp$: Hinc elapſo tempore t erit $x = 0$; $qy + rz = 0$;

$$qz - ry = \frac{2rfg(p-p)(1-pp)}{r(cc+ff(1-pp))}; \quad yy + zz = \frac{4fg(p-p)}{cc+ff(1-pp)} = ss, \text{ et } \frac{\Pi}{M} = \frac{cc}{cc+ff(1-pp)} + \frac{2ffccp(p-p)}{(cc+ff(1-pp))^2}$$

CO-

COROLL. 2.

899. Praeterea vero in eodem caſu eſt $d\lambda = 0$, ideoque axis, qui initio in a erat, per ipſum arcum aZ movebitur, eritque $dt = \frac{dp\,r\,(cc+ff(1-pp))}{2\,r\,fg(p-\mathfrak{p})(1-pp)}$, unde quia $p > \mathfrak{p}$ ſeu $l < 1$ axis ab a recta ad Z progreditur. Denique ob $ydz - zdy = 0$, fit $z = \delta y$, et $y = \frac{2\,r\,fg(p-\mathfrak{p})}{r\,(1+\delta\delta)(cc+ff(1-pp))}$: atque $q\,(yy+zz) = \frac{2z\,r\,fg(p-\mathfrak{p})(1-pp)}{r\,(cc+ff(1-pp))}$ ſeu $q = \frac{\delta\,r\,(1-pp)}{r\,(1+\delta\delta)}$ et $r = \frac{-r\,(1-pp)}{r\,(1+\delta\delta)}$, unde fit $cof\,ZAB = \frac{q}{r\,(1-pp)} = \frac{\delta}{r\,(1+\delta\delta)}$, qui ergo angulus manet conſtans.

COROLL. 3.

900. Si ergo corpus initio quieſcat, ejusque axis principalis IA tenuerit ſitum inclinatum Ia, inde recta ſe eriget ex a ad Z aſcendens, gyrabitur autem circa punctum O, ut ob $x = \varkappa\,cof\,\alpha = 0$ arcus AO ſit quadrans, et quia $cof\,ZO = cof\,\alpha\,cof\,l + cof\,\mathfrak{G}\,cof\,m + cof\,\gamma\,cof\,n = \frac{qy+rz}{\varkappa} = 0$, erit etiam ZO quadrans, ſicque O erit polus circuli XZY.

Et cum axis in Z pervenerit, erit celeritas angularis $\varkappa = \frac{2\,r\,fg(a-p)}{c}$.

SCHOLION. 1.

901. Si corpus initio non quieverit, ſed motum quemcunque acceperit, continuatio motus ex iisdem formulis determinatur, dummodo conſtantes A, B, C ſtatui initiali convenienter definiantur; ubi autem ad ejusmodi formulas integrandas devenitur, quae nonniſi conceſſis quadraturis ſuperioris ordinis expediri poſſunt. Quin etiam caſus hic ſimpliciſſimus, quo corpus initio in ſitu inclinato quievit, ab integratione formulae hujus $dt = \frac{dp\,r\,(cc+ff(1-pp))}{2\,r\,fg(p-\mathfrak{p})(1-pp)}$ pendet, quae neque per logarithmos neque arcus circulares abſolvi poteſt. At ſi declinatio initialis Za fuerit quaſi infinite parva, negotium ad arcus circulares perducitur: ſit enim initio $Za = l$, et elapſo tempore t declinatio $ZA = l$, ob l et l arcus minimos, erit $p = 1 - \frac{1}{2}ll$, $dp = -ldl$, et $\mathfrak{p} = 1 - \frac{1}{2}$ ll

ſi unde $dt = \frac{-c\,dl}{\sqrt{2fg(\Pi - l)}}$, et $t = \frac{c}{\sqrt{2fg}} \mathrm{A}\cos\frac{l}{\mathfrak{l}}$ ſeu $l = \mathfrak{l}\cos\frac{t\sqrt{2fg}}{c}$. Quare axis IA fiet verticalis elapſo tempore $= \frac{\pi c}{2\sqrt{2fg}}$, et corpus titubationes iſochronas conficiet; uti pendulum ſimplex longitudinis $= \frac{cc}{f}$.

SCHOLION. 2.

902. Niſi corpori ejusmodi indolem tribuiſſemus, ut ejus axis naturalis FD, qui in ſtatu quietis ſit verticalis, ſimul eſſet ejus axis principalis, binique reliqui haberent momenta inertiae aequalia, formulas quidem differentiales motum ejus continentes aſſignare, nullo autem modo ob analyſeos defectum ipſum motum definire potuiſſemus. Interim tamen, quemadmodum in caſu tractato, ubi corpori infinite parvam declinationem tribuimus, uſu venit, ut motus fieret ſatis ſimplex motuique penduli conformis, id adeo in genere locum habet, quomodocunque axes principales reſpectu axis naturalis fuerint diſpoſiti. In ſitu ſcilicet aequilibrii, ubi axis naturalis DF ſitum tenet verticalem, aſſumo centrum inertiae I infra centrum baſis ſphaericae G ad intervallum $GI = f$ cadere: tum vero hoc corpus infinite parum de ſitu ſuo quietis declinari ponamus, ut arcus $ZD = \varrho$ ſit infinite parvus, atque evidens eſt, corpus ſe reſtituendo oſcillationes ſeu titubationes eſſe peracturum, donec tandem motu ob reſiſtentiam extincto in ſtatu aequilibrii aequieſcat. Quoniam declinatio corporis hic perpetuo eſt minima, non opus eſt, ut tota corporis figura ſit ſphaerica, ſed ſufficit, ſi infima ejus portio eaque minima, qua plano horizontali applicatur, ſit pars ſuperficiei ſphaericae, cujus centrum eſt in G. Hunc igitur motum titubatorium inveſtigaturi primo diſpiciamus, quomodo formulae ſupra in genere erutae pro hoc caſu, quo axis corporis naturalis DF quam minime a ſitu verticali declinat, contrahi, indeque momenta virium P, Q, R ita commode definiri queant, ut deinceps ex iis motum aſſignare valeamus.

Fig. 114.

PROBLEMA. 107.

Fig. 114. 902. Si corpus baſi ſphaerica inſtructum infinite parum a ſitu aequilibrii declinet, definire momenta virium reſpectu ternorum ejus axium principalium.

SO-

SOLUTIO.

Circa corporis centrum inertiae I descripta sphaera, in qua Z sit punctum verticale, teneat axis corporis naturalis ID situm a verticali minime declinans, ut sit arcus $ZD = \varrho$ minimus: axes autem corporis principales respondeant punctis A, B, C, quorum situs ratione puncti D ita se habeat, ut sint arcus $DA = \zeta$, $DB = \eta$, $DC = \theta$, qui sunt constantes. Nunc autem respectu puncti verticalis Z sint arcus $ZA = l$, $ZB = m$, et $ZC = n$, qui ob arcum $ZD = \varrho$ minimum vix discrepabunt ab illis ζ, η, θ: quare si ponamus:

$$\cos l = \cos \zeta + p \; ; \; \cos m = \cos \eta + q \; ; \; \cos n = \cos \theta + r$$

quantitates p, q, r erunt minimae. Quia vero est tam $\cos \zeta^2 + \cos \eta^2 + \cos \theta^2 = 1$; quam $\cos l^2 + \cos m^2 + \cos n^2 = 1$, fiet

$$2p \cos \zeta + 2q \cos \eta + 2r \cos \theta + pp + qq + rr = 0.$$

Deinde autem cum sit $\cos \varrho = \cos \zeta \cos l + \cos \eta \cos m + \cos \theta \cos n$, erit $\cos \varrho = 1 + p \cos \zeta + q \cos \eta + r \cos \theta$, ideoque

$$p \cos \zeta + q \cos \eta + r \cos \theta = -\tfrac{1}{2} \varrho\varrho \text{ et } pp + qq + rr = \varrho\varrho.$$

Nunc igitur, posita pressione corporis in planum horizontale $= \Pi$, ex §. 894. tribuendo ipsi f valorem negativum, obtinebimus momenta virium respectu axium principalium:

$$P = \Pi f (r \cos \eta - q \cos \theta) \; ; \; Q = \Pi f (p \cos \theta - r \cos \zeta)$$
$$\text{et } R = \Pi f (q \cos \zeta - p \cos \eta),$$

tum vero vidimus esse $\Pi = M \left(1 - \frac{f d d . \cos \varrho}{2 g d t^2}\right)$; quia autem $\cos \varrho$ proxime est $= 1$, et minimas variationes subit, erit satis exacte $\Pi = M$, ita ut corpus toto suo pondere planum horizontale premere sit censendum: sicque habebimus

$$P = M f (r \cos \eta - q \cos \theta)$$
$$Q = M f (p \cos \theta - r \cos \zeta)$$
$$R = M f (q \cos \zeta - p \cos \eta).$$

PROBLEMA. 108.

903. Si corpus basi sphaerica praeditum de situ quietis, in quo axis DI est verticalis, parumper declinetur, iterumque dimittatur, ut ex quiete versus statum aequilibrii revertatur, determinare ejus motum.

SOLUTIO.

Elapso tempore t teneat corpus situm in fig. 114, repraesentatum, Fig. 114. maneantque omnes denominationes in probl. praecedente stabilitae:

tum vero ſint corporis momenta inertiae Maa, Mbb, Mcc reſpectu axium principalium IA, IB, IC. Nunc autem corpus gyretur circa axem IO in ſenſum ABC celeritate angulari $= \varkappa$, ſintque arcus AO $= \alpha$, BO $= \mathfrak{G}$, CO $= \gamma$: ac ponatur $\varkappa \cos \alpha = x$, $\varkappa \cos \mathfrak{G} = y$, $\varkappa \cos \gamma = z$. Quoniam igitur initio ubi $t = 0$, corpus ex quiete motum incipere aſſumitur, erat tum $x = 0$, $y = 0$, et $z = 0$. Tum vero quia motus corporis perpetuo manet tardiſſimus, quantitates x, y, z ſemper manebunt minimae, ita ut binarum producta xy, xz, et yz prae ſingulis pro evaneſcentibus haberi queant. Cum ergo momenta virium ſollicitantium P, Q, R, modo ſint definita ex §. 810. ſequentes adipiſcimur aequationes;

$$dx = \frac{2fg\,dt}{aa}(r\cos\eta - q\cos\theta)$$

$$dy = \frac{2fg\,dt}{bb}(p\cos\theta - r\cos\zeta)$$

$$dz = \frac{2fg\,dt}{cc}(q\cos\zeta - p\cos\eta).$$

Deinde quia eſt $\cos l = \cos\zeta + p$, $\cos m = \cos\eta + q$, et $\cos n = \cos\theta + r$ ob ζ, η, θ conſtantes erit $dl \sin l = -dp$; $dm \sin m = -dq$ et $dn \sin n = -dr$, unde inſuper hae ternae aequationes accedunt

$$-dp = dt(y\cos\theta - z\cos\eta);$$
$$-dq = dt(z\cos\zeta - x\cos\theta);$$
$$-dr = dt(x\cos\eta - y\cos\zeta);$$

ubi producta yr, zq, zp, xr, xq, yp ut minima prae terminis hic exhibitis omittimus.

Denique ſi arcus ZA a circulo quodam verticali fixo nunc declinare ſtatuatur angulo λ, ob $\sin l^2 = \sin\zeta^2 - 2p\cos\zeta$ habebimus hanc aequationem: $d\lambda = \dfrac{-dt(y\cos\eta + z\cos\theta)}{\sin\zeta^2 - 2p\cos\zeta}$. Quia autem in ſuperioribus aequationibus quantitates x, y, z et p, q, r ubique unam dimenſionem occupant, atque x, y, z poſito $t = 0$ evaneſcere debent, manifeſtum eſt, tam huic conditioni, quam ſex illis aequationibus ſatisfieri poſſe ponendo:

$$x = A\sin\delta t,\ y = B\sin\delta t;\ z = C\sin\delta t;$$
$$p = D\cos\delta t;\ q = E\cos\delta t,\ r = F\cos\delta t,$$

tum enim ternae priores aequationes per $\cos\delta t$ diviſae, et ternae poſteriores per $\sin\delta t$ diviſae dabunt.

$$A\delta = \frac{2fg}{aa}(F\cos\eta - E\cos\theta);\ D\delta = B\cos\theta - C\cos\eta$$

$$B\delta = \frac{2fg}{bb}(D\cos\theta - F\cos\zeta);\ E\delta = C\cos\zeta - A\cos\theta$$

Cδ

$$C\delta = \frac{2fg}{cc}(E\ cof\ \zeta - D\ cof\ \eta);\quad F\delta = A\ cof\ \eta - B\ cof\ \zeta.$$

Ex poſterioribus ſubſtituantur valores coefficientium D, E, F in prioribus et obtinebimus:

$$\frac{A\delta\delta aa}{2fg} = A\ cof\ \eta^2 - B\ cof\ \zeta\ cof\ \eta - C\ cof\ \zeta\ cof\ \theta + A\ cof\ \theta^2$$

$$\frac{B\delta\delta bb}{2fg} = B\ cof\ \theta^2 - C\ cof\ \eta\ cof\ \theta - A\ cof\ \zeta\ cof\ \eta + B\ cof\ \zeta^2$$

$$\frac{C\delta\delta cc}{2fg} = C\ cof\ \zeta^2 - A\ cof\ \zeta\ cof\ \theta - B\ cof\ \eta\ cof\ \theta + C\ cof\ \eta^2.$$

Quodſi jam brevitatis gratia ponamus A $cof\ \zeta$ + B $cof\ \eta$ + C $cof\ \theta$ = G, ob $cof\ \zeta^2 + cof\ \eta^2 + cof\ \theta^2 = 1$ erit

$$A\left(1 - \frac{\delta\delta aa}{2fg}\right) = G\ cof\ \zeta,\quad B\left(1 - \frac{\delta\delta bb}{2fg}\right) = G\ cof\ \eta$$

$$\text{et}\quad C\left(1 - \frac{\delta\delta cc}{2fg}\right) = G\ cof\ \theta.$$

Ponamus brevitatis cauſa $\frac{\delta\delta}{2fg} = u$; ut fiat

$$A = \frac{G\ cof\ \zeta}{1 - aau};\quad B = \frac{G\ cof\ \eta}{1 - bbu};\quad C = \frac{G\ cof\ \theta}{1 - ccu}.$$

Cum autem ſit A $cof\ \zeta$ + B $cof\ \eta$ + C $cof\ \theta$ = G, erit

$$\frac{cof\ \zeta^2}{1 - aau} + \frac{cof\ \eta^2}{1 - bbu} + \frac{cof\ \theta^2}{1 - ccu} = 1,$$

qua aequatione evoluta conſequimur per u dividendo,

$$\left.\begin{aligned} aa\,bb\,cc\,uu - bb\,cc\,u\,ſi\,\zeta^2 + aa\ cof\ \zeta^2 \\ - aa\,cc\,u\,ſi\,\eta^2 + bb\ cof\ \eta^2 \\ - aa\,bb\,u\,ſi\,\theta^2 + cc\ cof\ \theta^2 \end{aligned}\right\} = 0.$$

Statuantur quantitates cognitae

$$bb\,cc\,ſi\,\zeta^2 + aa\,cc\,ſi\,\eta^2 + aa\,bb\,ſi\,\theta^2 = K\,aa\,bb\,cc$$

$$aa\ cof\ \zeta^2 + bb\ cof\ \eta^2 + cc\ cof\ \theta^2 = L\,aa\,bb\,cc$$

ut ſit $uu - Ku + L = 0$, hincque

$$u = \frac{\delta\delta}{2fg} = \tfrac{1}{2}K + \sqrt{(\tfrac{1}{4}KK - L)}$$

et quantitas G manet indefinita ex ſtatu initiali definienda dum contra

tra quantitates K et L ſunt ex natura corporis datae. Cum igitur hinc inventus ſit valor ipſius u, inde habemus $\delta = r^{-2fgu}$, et

$$A = \frac{G\,cof\zeta}{1-aau}; \quad B = \frac{G\,cof\eta}{1-bbu}; \quad C = \frac{G\,cof\theta}{1-ccu}$$

$$D = \frac{Gu(bb-cc)\,cof\eta\,cof\theta}{\delta(1-bbu)(1-ccu)}; \quad E = \frac{Gu(cc-aa)\,cof\zeta\,cof\theta}{\delta(1-ccu)(1-aau)}$$

$$\text{et } F = \frac{Gu(aa-bb)\,cof\zeta\,cof\eta}{\delta(1-aau)(1-bbu)}.$$

Si jam initio fuerit arcus ZD = r, qui nunc eſt ϱ, cum ſit initio $p = D$: $q = E$; $r = F$, habebimus

$$DD + EE + FF = rr,$$

unde per r invenitur conſtans G. Denique pro angulo λ inveniendo prodit $d\lambda = \frac{-dt\,(B\,cof\eta + C\,cof\theta)\,ſin\,\delta t}{ſi\zeta^2}$, ideoque $d\lambda = \frac{(B\,cof\eta + C\,cof\theta)(cof\delta t - 1)}{\delta ſi\zeta^2}$ ſi quidem arcus ZA initio fuerit in verticali ſixo, indeque in ſenſum XOY moveri ſumatur, quatenus ergo haec expreſſio pro λ eſt negativa, in ſenſum contrarium axis IA circa Z gyrari eſt cenſendus.

Denique cum ſit $pp + qq + rr = \varrho\varrho$, erit $\varrho = r\,cof\,\delta t$, ob $r = r^{-(DD + EE + FF)}$, unde patet axem ID in ſitum verticalem erigi elapſo tempore $= \frac{\pi}{2\delta}$ et titubationes iſochronas fore oſcillationibus penduli, cujus longitudo eſt $= \frac{2g}{\delta\delta} = \frac{1}{fu} = \frac{K - r^{-(KK-4L)}}{2Lf}$.

COROLL. 1.

904. Cum ſit $DD + EE + FF = rr$, erit

$$\delta\delta\,rr = AA\,(cof\eta^2 + cof\theta^2) + BB\,(cof\zeta^2 + cof\theta^2) + CC\,(cof\zeta^2 + cof\eta^2) - 2BC\,cof\eta\,cof\theta - 2AC\,cof\zeta\,cof\theta - 2AB\,cof\zeta\,cof\eta$$

et quia $G = A\,cof\zeta + B\,cof\eta + C\,cof\theta$, hujus quadratum eo additum dabit

$$\delta\delta\,rr + GG = AA + BB + CC,$$

ubi

ubi ſi brevitatis gratia ponatur $\frac{1}{1-aau} = \mathfrak{P}$; $\frac{1}{1-bbu} = \mathfrak{Q}$; $\frac{1}{1-ccu} = \mathfrak{R}$, ob $\mathfrak{P} \cos\zeta^2 + \mathfrak{Q} \cos\eta^2 + \mathfrak{R} \cos\theta^2 = 1$ et $A = G\mathfrak{P} \cos\zeta$; $B = G\mathfrak{Q} \cos\eta$ et $C = G\mathfrak{R} \cos\theta$, fiet

$$\delta\delta\, rr = GG\,(\mathfrak{P}\mathfrak{P} \cos\zeta^2 + \mathfrak{Q}\mathfrak{Q} \cos\eta^2 + \mathfrak{R}\mathfrak{R} \cos\theta^2 - 1)$$

ideoque ob $\mathfrak{P}\mathfrak{P} - \mathfrak{P} = \frac{aau}{(1-aau)^2}$ habebitur

$$\int\!\!\int rr = GG\,u\left(\frac{aa\cos\zeta^2}{(1-aau)^2} + \frac{bb\cos\eta^2}{(1-bbu)^2} + \frac{cc\cos\theta^2}{(1-ccu)^2}\right).$$

COROLL. 2.

905. Quia porro eſt $\delta\delta = 2fgu$, ſi in ſubſidium vocetur aequatio $uu - Ku + L = 0$, reperietur

$$GG = \frac{-2fgrr(1-aau)(1-bbu)(1-ccu)}{aa\cos\zeta^2 + bb\cos\eta^2 + cc\cos\theta^2 - aabbccuu}.$$

EXPLICATIO.

906. Haec expreſſio pro GG ſatis concinna ſequenti modo eruitur: Poſito brevitatis gratia $\frac{1}{aa} = a$, $\frac{1}{bb} = b$, $\frac{1}{cc} = c$, habemus:

I. $K = a + b + c - a\cos\zeta^2 - b\cos\eta^2 - c\cos\theta^2$

II. $L = bb\cos\zeta^2 + aa\cos\eta^2 + ab\cos\theta^2$

III. $1 = \cos\zeta^2 + \cos\eta^2 + \cos\theta^2$.

Hinc deducitur ob $uu - Ku + L = 0$

$$\cos\zeta^2 = \frac{aK - L - aa}{(a-b)(c-a)}, \text{ et } u\cos\zeta^2 = \frac{(a-u)(L-au)}{(a-b)(c-a)}$$

ideoque

$$\frac{\delta\delta rr}{GG} = \frac{a(L-au)}{(a-b)(c-a)(a-u)} + \frac{b(L-cu)}{(b-c)(a-b)(b-u)} + \frac{c(L-cu)}{(c-a)(b-c)(c-u)}$$

ex qua aequatione reducta illa expreſſio obtinetur.

SCHOLION.

907. Quoniam haec ad titubationes omnium corporum, quorum baſis eſt portio ſphaerica, patent, quomodocunque ejus axes principales ratione axis naturalis DGIF fuerint diſpoſiti, eorumque reſpectu momenta inertiae inaequalia, ne in tanta amplitudine confundamur,

conveniet primo formulas noſtras ad ſpecies corporum ſimpliciores accommodari, quo inde facilius ad ſpecies magis complicatas progredi liceat. Ac primo quidem caſus, quo omnia momenta inertiae ſunt inter ſe aequalia, ſeu $aa = bb = cc$, omnium eſt ſimpliciſſimus, quia tum etiam axis DF pro principali haberi poteſt, et titubationes eaedem prodire debent, quas jam ante definivimus. Tum vero duo ſaltem momenta inertiae aequalia ſtatuamus, ſcilicet $bb = cc$.

CASUS I.

quo $aa = bb = cc$.

908. Hoc ergo caſu habemus:

$$A = \frac{G\,cof\zeta}{1-aau}; \quad B = \frac{G\,cof\eta}{1-aau}; \quad C = \frac{G\,cof\theta}{1-aau},$$

hincque $G = \frac{G\,cof\zeta^2 + G\,cof\eta^2 + G\,cof\theta^2}{1-aau} = \frac{G}{1-aau}$, ita ut ſit $u = 0$.

Verum iisdem quoque formulis ſatisfit ponendo $u = \frac{1}{aa}$ et $G = 0$, ut ſit $A\,cof\xi + B\,cof\eta + C\,cof\theta = 0$, neque quicquam praeterea determinetur, ſicque habebimus $\delta = \frac{\Gamma 2fg}{a}$: tum vero

$$D = \frac{B\,cof\theta - C\,cof\eta}{\delta}; \quad E = \frac{C\,cof\zeta - A\,cof\theta}{\delta}; \quad F = \frac{A\,cof\eta - B\,cof\zeta}{\delta}$$

atque $\int\!\!\int rr = AA + BB + CC$: ut ſit $\varrho = r\,cof\,\delta t$. Videamus jam circa quemnam polum O corpus ſit gyraturum, ac primo habemus $cof\,OD = cof\,\alpha\,cof\,\zeta + cof\,\beta\,cof\,\eta + cof\,\gamma\,cof\,\theta$, ſeu

$\nu\,cof\,OD = x\,cof\,\zeta + y\,cof\,\eta + z\,cof\,\theta = 0$, ſicque arcus OD quadrans. Deinde eſt $cof\,OZ = cof\,\alpha\,cof\,l + cof\,\beta\,cof\,m + cof\,\gamma\,cof\,n$ ſeu

$$\nu\,cof\,OZ = x\,cof\,l + y\,cof\,m + z\,cof\,n = 0 + px + qy + rz = 0$$

ob $AD + BE + CF = 0$, eritque ergo etiam OZ quadrans. Ex quo perſpicitur corpus circa punctum O, quod eſt polus circuli verticalis ZDX gyrari, ſicque axem ex D recta in ſitum verticalem Z erigi, ita ut elapſo tempore t ſit $\varrho = r\,cof\,\frac{t\Gamma 2fg}{a}$. Quare hae titubationes iſochronae erunt oſcillationibus penduli, cujus longitudo eſt $= \frac{aa}{f}$.

CA-

CASUS. II.

quo duo tantum momenta principalia sunt aequalia seu $bb = cc$.

909. Hoc ergo casu est $K = \frac{cc\,si\,\zeta^2 + aa\,si\,\eta^2 + aa\,si\,\theta^2}{aacc} = \frac{cc\,si\,\zeta + aa + aa\,cos\,\zeta^2}{aacc}$, et $L = \frac{aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2}{aac^4}$: sive cum aequatio, unde u definiri debet, sit $\frac{cos\,\zeta^2}{1-aau} + \frac{si\,\zeta^2}{1-ccu} = 1$, erit

$$aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2 = aaccu, \text{ ideoque } u = \frac{aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2}{aacc}$$

qui valor etiam ex generali forma elicitur, nisi quod hoc modo radix inutilis $u = \frac{1}{cc}$ excluditur. Quamobrem habebimus

$$\delta = \frac{\sqrt{2fg}(aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2)}{ac}, \text{ tum vero}$$

$$A = \frac{Gcc}{(aa+cc)\,cos\,\zeta};\ B = \frac{Gaa\,cos\,\eta}{(aa-cc)\,si\,\zeta^2};\ C = \frac{Gaa\,cos\,\theta}{(aa-cc)\,si\,\zeta^2}.$$

Deinde pro G ex $\mathfrak{r}$ inveniendo fit

$$\delta\delta\,\mathfrak{r}\mathfrak{r} + GG = \frac{GG(a^4\,cos\,\zeta^2 + c^4\,si\,\zeta^2)}{(aa-cc)^2\,si\,\zeta^2\,cos\,\zeta^2} \text{ sive}$$

$$\delta\delta\,\mathfrak{r}\mathfrak{r} = \frac{GG(aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2)^2}{(aa-cc)^2\,si\,\zeta^2\,cos\,\zeta^2}, \text{ et } G = \frac{(aa-cc)\,\delta\mathfrak{r}\,\zeta\,si\,cos\,\zeta}{aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2},$$

vel $G = \frac{(aa-cc)\,\mathfrak{r}\,si\,\zeta\,cos\,\zeta\sqrt{2fg}}{ac\sqrt{(aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2)}}$. Deinde vero obtinemus

$$D = 0,\ E = \frac{\mathfrak{r}\,cos\,\theta}{si\,\zeta};\ F = \frac{-\mathfrak{r}\,cos\,\eta}{si\,\zeta}; \text{ atque}$$

$$A = \frac{-c\mathfrak{r}\,si\,\zeta\sqrt{2fg}}{a\sqrt{(aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2)}};\ B = \frac{a\mathfrak{r}\,cos\,\zeta\,cos\,\eta\sqrt{2fg}}{c\,si\,\zeta\sqrt{(aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2)}};$$

$$C = \frac{a\mathfrak{r}\,cos\,\zeta\,cos\,\theta\sqrt{2fg}}{c\,si\,\zeta\sqrt{(aa\,cos\,\zeta^2 + cc\,si\,\zeta^2)}}$$

ex quibus consequimur

$x = \varkappa \cos\alpha = A\sin\delta t$; $y = \varkappa \cos\mathfrak{C} = B\sin\delta t$; $z = \varkappa \cos\gamma = C\sin\delta t$
$p = \cos\lambda - \cos\zeta = D\cos\delta t$; $q = \cos\mu - \cos\eta = E\cos\delta t$; $r = \cos\nu - \cos\theta = F\cos\delta t$,

atque $\lambda = \dfrac{-\alpha\gamma\sin\zeta\cos\zeta(1-\cos\delta t)\gamma 2fg}{\delta c\gamma(aa\cos\zeta^2+cc\sin\zeta^2)} = \dfrac{-aa\gamma\sin\zeta\cos\zeta(1-\cos\delta t)}{aa\cos\zeta^2+cc\sin\zeta^2}$

eſque λ angulus VZA, exiſtente ZV circulo verticali fixo, a quo declinationem poli A computamus. Deinde vero eſt $\varrho = r\cos\delta t$, et ut obtineamus angulum DZV, quaeramus angulum DZA, ex formula $\cos DZA = \dfrac{\cos\zeta - \cos\lambda\cos\varrho}{\varrho\sin\lambda} = \dfrac{\cos\zeta - \cos\zeta\cos\varrho - p\cos\varrho}{\varrho\sin\zeta} = \frac{1}{2}\varrho\dfrac{\cos\zeta}{\sin\zeta}$,

ob $D = 0$ ideoque $p = 0$, ergo $\cos DZA = \dfrac{r\cos\zeta\cos\delta t}{2\sin\zeta}$, qui cum ſit infinite parvus, patet angulum DZA eſſe rectum proxime et angulo ZDA aequalem. Quare cum initio angulus ZDA fuerit non rectus, haec ſolutio, quippe quae manifeſto tantum eſt particularis, eo non extenditur. Ceterum vero et hae titubationes erunt iſochronae oſcillationibus penduli, cujus longitudo eſt $= \dfrac{aacc}{f(aa\cos\zeta^2+cc\sin\zeta^2)}$.

Denique cum ſit $\varkappa = \sin\delta t.\gamma(AA + BB + CC)$, prodibit

$$\varkappa = \frac{r\gamma 2fg(a^4\cos\zeta^2+c^4\sin\zeta^2)}{ac\gamma(aa^3\cos\zeta^2+cc\sin\zeta^2)}.\ \sin\delta t.$$

Pro polo autem gyrationis O invenimus:

$\varkappa\cos OD = (A\cos\zeta + B\cos\eta + C\cos\theta)\sin\delta t = G\sin\delta t$ et
$\varkappa\cos OZ = (A\cos\lambda + B\cos\mu + C\cos\nu)\sin\delta t = G\sin\delta t$.

ita ut ſit $OD = OZ$, ob $Ap + Bq + Cr = 0$.

SCHOLION.

910. Mirum non eſt, hanc ſolutionem non eſſe generalem, cum enim ex data indole corporis, quantitatibus aa, bb, cc et angulis ζ, η, θ comprehenſa, et ex ſitu axis DF initiali ejusve declinatione r a ſitu verticali omnes coefficientes A, B, C, D, E, F cum numero δ determinentur, ex iis angulus ADZ, quo arcus DA initio ab arcu DZ deviabat, ſponte determinatur, neque amplius arbitrio noſtro, uti natura rei poſtulat, relinquitur. Verum cum in genere pro quantitate u geminum valorem elicuerimus, quorum neutrum prae altero rejicere fas eſt, ſi utrumque ſimul adhibeamus, ſolutionem ampliorem obtinebimus,

bimus, unde ſimul effici poteſt, ut angulus ADZ initio fuerit dato angulo aequalis. Cum enim in aequationibus differentialibus quantitates x, y, z, et p, q, r ubique unicam habeant dimenſionem, ſi iis duplici modo ſatisfieri queat, pro qualibet quantitate ſumma binorum ejus valorum ſtatui poterit, hincque ſolutionem generalem impetrabimus, quam hic exponamus.

PROBLEMA. 109.

911. Si corpus baſi ſphaerica praeditum de ſitu aequilibrii quomodocunque infinite parum declinetur, ſubitoque dimittatur, definire motum titubatorium, quo agitabitur.

SOLUTIO.

Retentis denominationibus ſuperioris problematis, quoniam poſito

$$\frac{\sin\zeta^2}{aa} + \frac{\sin\eta^2}{bb} + \frac{\sin\theta^2}{cc} = \mathrm{K} \text{ et } \frac{\cos\zeta^2}{bbcc} + \frac{\cos\eta^2}{aacc} + \frac{\cos\theta^2}{aabb} = \mathrm{L}$$

pro u geminum invenimus valorem; ſint ii

$$u = \tfrac{1}{2}\mathrm{K} + r\sqrt{(\tfrac{1}{4}\mathrm{KK} - \mathrm{L})} \text{ et } u' = \tfrac{1}{2}\mathrm{K} - r\sqrt{(\tfrac{1}{4}\mathrm{KK} - \mathrm{L})}$$

unde pro δ etiam binos adipiſcimur valores, qui ſint $\delta = r\sqrt{2fgu}$ et $\delta' = r\sqrt{2fgu'}$

atque hinc pro ſenis quantitatibus x, y, z et p, q, r ſequentes impetrabimus valores

$$x = \varkappa\cos\alpha = \frac{G\cos\zeta\sin\delta t}{1-aau} + \frac{H\cos\zeta\sin\delta' t}{1-aau'}$$

$$y = \varkappa\cos\mathfrak{b} = \frac{G\cos\eta\sin\delta t}{1-bbu} + \frac{H\cos\eta\sin\delta' t}{1-bbu'}$$

$$z = \varkappa\cos\gamma = \frac{G\cos\theta\sin\delta t}{1-ccu} + \frac{H\cos\theta\sin\delta' t}{1-ccu'}$$

tum vero porro

$$p = \cos\lambda - \cos\zeta = \frac{Gu(bb-cc)\cos\eta\cos\theta\cos\delta t}{\delta(1-bb)(1-ccu)} + \frac{Hu'(bb-cc)\cos\eta\cos\theta\cos\delta' t}{\delta'(1-bbu')(1-ccu')}$$

$$q = \cos m - \cos \eta = \frac{G u (cc - aa) \cos\zeta \cos\theta \cos\delta t}{\delta (1 - cc u)(1 - aa u)} +$$
$$\frac{H u' (cc - aa) \cos\zeta \cos\theta \cos\delta' t}{\delta' (1 - cc u')(1 - aa u')}$$
$$r = \cos n - \cos\theta = \frac{G u (aa - bb) \cos\zeta \cos\eta \cos\delta t}{\delta (1 - aa u)(1 - bb u)} +$$
$$\frac{H u' (aa - bb) \cos\zeta \cos\eta \cos\delta' t}{\delta' (1 - aa u')(1 - bb u')}.$$

Hic jam habemus binas quantitates conſtantes arbitrarias G et H, atque hi valores ita ſatisfaciunt, ut facta ſubſtitutione in aequationibus differentialibus termini tam per G quam per H affecti ſeorſim ſe deſtruant. Verum ſi initio arcus ZD fuerit $= r$, poſito $t = 0$, fieri debet $pp + qq + rr = rr$. Deinde vero ſi initio fuerit angulus ZDA $= f$, ob

$$\cos f = \frac{\cos l - \cos\zeta \cos r}{\sin\zeta \sin r} = \frac{\cos\zeta (1 - \cos r) + p}{\sin\zeta \sin r} = \frac{r \cos\zeta}{\sin\zeta} + \frac{p}{r \sin\zeta}$$ et ob

r infinite parvum, erit $p = r \sin\zeta \cos f$. Si hic ergo pro p ejus valor ſuperior poſito $t = 0$ ſubſtituatur, habebitur alia aequatio ex qua cum illa conjuncta binae conſtantes G et H determinabuntur. At poſito angulo VZA $= \lambda$ erit $d\lambda = \frac{-dt(y \cos\eta + z \cos\theta)}{\sin\zeta^2}$, cujus integrale facile exhibetur. Simili autem modo poſitis angulis VZB $= \mu$ et VZC $= \nu$, erit

$d\mu = \frac{-dt(z \cos\theta + x \cos\zeta)}{\sin\eta^2}$; et $d\nu = \frac{-dt(x \cos\zeta + y \cos\eta)}{\sin\theta^2}$.

Hic autem notari convenit, ſi ſit $bb = cc$, fore binos valores $u = \frac{1}{cc}$ et $u' = \frac{\sin\zeta^2}{aa} + \frac{\cos\zeta^2}{cc}$, ideoque pro priore fractionum ſuperiorum quasdam numeratores ac denominatores ſimul evaneſcere. Ad earum ergo valores inveſtigandos ponatur $\frac{1}{bb} = \frac{1}{cc} + \omega$, exiſtente ω quantitate evaneſcente, reperieturque

$$u = \frac{1}{cc} + \frac{\omega \cos\theta^2}{\sin\zeta^2} \text{ et } u' = \frac{\sin\zeta^2}{aa} + \frac{\cos\zeta^2}{cc}; \text{ hincque ſi}$$

$\frac{G}{\omega}$

